

# ROSARIUM VIRGINIS MARIAE

## Mysteria Dolorosa

### Ad Conculcationem Heresis Modernismi, et in Reparationem Ejus

**In nomine Patris**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Domine, labia mea aperies,  
Et os meum annuntiabit laudem tuam.  
Deus in adjutorium meum intende,  
Domine ad adjuvandum me festina.

**Pater noster**, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in caelo et in terra.  
Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcás in tentaciónem: sed líbera nos a malo.  
Amen.

**Ave María**, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Jesus.  
Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

**Glória Patri**, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio et nunc et sémper et in sáecula sáculórum. Amen.

**O Jesu mi**, ignósce nobis, libera nos ab igne inférnii, ad caelum trahe omnes áimas, praesertim máxime indigéntes misericordia tua.

#### **Primum mystérium est:**

Orálio in horto Dómini nostri Jesu Christi  
Fructus mysterii: Dolor peccati

#### **Secúndum mystérium est:**

Flagellátio Dómini nostri Jesu Christi  
Fructus mysterii: Puritas

#### **Tertium mystérium est:**

Coronátio spinis Dómini nostri Jesu Christi  
Fructus mysterii: Fortitudo moralis

#### **Quartum mystérium est:**

Bajulátio Crucis Dómini nostri Jesu Christi  
Fructus mysterii: Patientia

#### **Quintum mystérium est:**

Crucifixio et mors Dómini nostri Jesu Christi  
Fructus mysterii: Perseveranta, Salvatio



# ROSARIUM VIRGINIS MARIAE

**Salve Regína**, mater misericórdiæ: vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, exsúles filii Hevæ. Ad te suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María,

Ora pro nobis sancta Dei Génitrix  
Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus:

Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiōnem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit: concéde, quæsumus: ut hæc mystériâ sacratissimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod cóntinent, et quod promítunt, assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Kyrie, eleison.  
Christe, eleison.  
Kyrie, eleison.  
Christe, audi nos.  
Christe, exaudi nos.  
  
Pater de caelis, Deus,  
R. miserere nobis.  
Fili, Redemptor mundi, Deus,  
R. miserere nobis.  
Spiritus Sancte Deus,  
R. miserere nobis.  
Sancta Trinitas, unus Deus,  
R. miserere nobis.  
Sancta Maria,  
R. ora pro nobis.  
Sancta Dei Genetrix,  
Sancta Virgo virginum,  
Mater Christi,  
Mater Ecclesiae,  
Mater Divinae gratiae,  
Mater purissima,  
Mater castissima,  
Mater inviolata,  
Mater intemerata,  
Mater amabilis,

Mater admirabilis,  
Mater boni Consilii,  
Mater Creatoris,  
Mater Salvatoris,  
Virgo prudentissima,  
Virgo veneranda,  
Virgo praedicanda,  
Virgo potens,  
Virgo clemens,  
Virgo fidelis,  
Speculum justitiae,  
Sedes sapientiae,  
Causa nostrae laetitiae,  
Vas spirituale,  
Vas honorabile,  
Vas insigne devotionis,  
Rosa mystica,  
Turris Davidica,  
Turris eburnea,  
Domus aurea,  
Foederis arca,  
Janua caeli,  
Stella matutina,  
Salus infirmorum,  
Refugium peccatorum,  
Consolatrix afflictorum,

Auxilium Christianorum,  
Regina Angelorum,  
Regina Patriarcharum,  
Regina Prophetarum,  
Regina Apostolorum,  
Regina Martyrum,  
Regina Confessorum,  
Regina Virginum,  
Regina Sanctorum omnium,  
Regina sine labe originali concepta,  
Regina in caelum assumpta,  
Regina Sacratissimi Rosarii,  
Regina familiae,  
Regina pacis,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis.

Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix,  
Ut digni efficiámur promissionibus  
Christi.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere: et gloriosa beatæ Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**In nomine Patris**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.